Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3167

Quelle:
Copyright:

exaratus, paginarum oris minio decoratis, et auratis Titulis conſpicuus, dicatus eſt *Leopoldo Guilielmo Archiduci Auſt. poſtulato Epiſcopo Argentinenſi, Halberſtadienſi et Paſſauienſi, Abbatiarum Principalium Hersfeldenſis, Murbacenſis et Luderenſis Adminiſtratori* a *Nicolao Goleſſéni Cancellariæ Hungaricæ Scriba, die 22. Menſis Julij. Anno* 1637. *Etſi*, ut in Praef. ait, ſciret, *exquiſitis et elaboratis Typi libris, nec non aurea precum ſupellectile* Principis *refertam eſſe bibliothecam.* Continentur vero in hoc *Codice* Preces Matutinae cum variis aliis, item Veſpertinae cum Exercitio ad ſacram Communionem, et Litaniis, quas *Lauretanas* vocant.

DCCCCXXX.

Codex chartaceus lat. germ. 505
Sec. XV. Folior. 112. 4. bene ſcriptus, rubricisque diſtinctus, *Liber Precum* eſt continens *Orationes ad Deum Divosque, Pſalmos, Hymnos, Sequentias, Litanias, Confitendi Formulam* et in fine *Calendarium. Hymnis* multis adpoſitae ſunt Notae Muſicae. Hymnus *A Solis ortus cardine* &c. etiam, ut varia alia, germanice legitur *fol.* 62. in hunc modum:

Uon anegang der ſunne kchlar
bis an ein end der welde gar
wir loben den fürſten Jheſum criſt
der von der maid geporen iſt.
Ein merer aller welde prait
der legt an ſich der knechte kchlaid
er nam an ſich menſchleiche wat (veſtis)
das nicht verdurb ſein hant getat &c.

Librum hunc in uſu fuiſſe cum tot aliis jam indicatis *Friderico* III. Imp. liquet primum e duabus *Collectis fol.* 12. ubi legas: *auxiliare queſo famulo tuo michi friderico populoque mihi ſubjecto*, et: *Da ſeruo tuo michi Friderico triumphum virtutis tue ſcienter excolere* &c. dein e *Calendario*, quod ante ſe habet duplicem ἐπιτομὴν μνημονικὴν feſtos Sanctorum dies menſium ordine complexam, primam quidem germanicam hujus initii:

Beſniten iſt das kind,
drey kunig ſagten Erharts geſind,
Der ſteren weiſt ſy, wann
kümbt marcellus Anthony Priſca ſag fabyan &c.

Alteram notam illam latinam: *Ciſio ianus Ep. val. er. hart.* &c. Ipſum porro ſequentibus notis infignitum eſt: Ad kalend. Junias: *In vigi-*